



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 92. Idem Cardinalis pacem inter Galliarum Regem, & Sabaudiaë Ducem conciliare intentus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

inquiri, atque facinoris convictum ante <sup>Sæcul. XV.</sup>  
 fenestras domus suæ laqueo suspendi A.C.1452.  
 iussit.

## §. XCI.

*Franciæ Episcoporum Conventus Bituricensis ob Sanctionem Pragmaticam ab eodem Cardinale convocatus.*

Idem Cardinalis, ubi in Franciam venerat, Biturigibus Episcopos Regni convocavit, qui de opportunis pragmaticam sanctionem exequendi mediis deliberarent. Plurimum quidem sese Burdegallensis Ecclesiæ Delegati, ac Petrus eorum Archiepiscopus horum consiliis opponerent, summo Pontifici plenam auctoritatem esse conservandam contententes; nihil tamen evincere poterant, nec alius quisquam, præter Eliam Petrocoriensem Episcopum, eorum partibus accessit.

## §. XCII.

*Idem pacem inter Galliæ Regem, & Sabaudicæ Ducem conciliare conatus.*

Eodem tempore Carolus VII. Biturigibus agens, Sabaudicæ Duci bellum indixit, eoquod in confinia Regni per sæpe incurfasset, & inconsulto Galliarum

Sæcl. XV.  
A.C. 1452  
Rege Carolinam filiam suam adhuc infantem Delphino despondisset, connubii pactis Mense Februario hujus anni Genevæ erectis. Cardinalis Estoutevilla, cum jamjam Romam reverti vellet, rei certior factus, mox in Galliam pedem referre constituit, ut discordiam inter hosce duos Principes inde subortam componeret. Adibat utrumque, tamque singulari prudentia unius commoda sine alterius detrimento promovit, ut brevi temporis spatio in Foro Segusianorum ad sylvam inter eos optata pax concluderetur. Eadem occasione quosdam Sabaudiae Optimates, qui in Joannem Compesium Ducis Ministrum conjuraverant, in fidem, obsequiumque Principis sui reduxit; ejusdemque consiliis firmatum est connubium Jolandæ Galliarum Regis filiae cum Pedemontli Principe primogenito Sabaudiae Ducis Filio. Pacis hujus maturandæ potissima erat causa inopinatum, quod Rex acceperat, nuntium, ex quo intellexit, quod Burdegalenses tributorum onere sese opprimi conquererentur, atque Angli ab ejusdem urbis civibus acciti jamjam Burdegalæ exscensionem facerent.

*Fours en  
Forets*

*Joa. Chart.  
Hist. Car.  
VII. p. 260.*